

1547. 23. Maii

Ex M. Arch. Stan. Aug. Reg.

135
133

Sigismundus Rex Polonia
Consiliarius Regni.

33

Runde et. Perlatum est ad nos Caesarem Turcarum
misisse Sandiacum Silistriensem cum quindecim
millibus equitum ac ingenti numero operarum Rusti-
carum, quos ex tribus millibus villarum excitare
dicitur qui arcem Batakley reficerent, mandasse
quoque Palatino Valachie, ut mille quadringentos
curvus ad subvehenda Saxa, robora et alia ejusdem
generis materiam mitteret. Tartaros vero paratos
esse jussisse, ut subsidio sint illi, si quis impetus in
eum fieret. Ab Altera quod Illustres Principes Do-
mini Smeranie et Prussiae Ducas quid Consilia-
rii Terrarum Nostrarum Prussiae metuant ex char-
ta hac quam praesentibus Lateranitati Vestrae mit-
timus cognoscat, ut facile intelligere possit in qui-
bus Regna et Dominia nostra versentur periculis.
Quae qua ratione avertamus in tam perturbatis
rebus non invenimus, ita enim discessum
est ex Comitibus proximis, ut curam Reipublice ab-
jecisse omnes videantur. Nos in Deo solo spem no-
stram omnem collocavimus. Lateranitatem tuam por-
ro hortamur, ut pro ea quam nobis et Reipubli-
cae debet fide Consilium suum nobis suggerat. Quod
tantis periculis Regno impendentibus occurrere queat,
quod ut mature faceret cupimus. Factura pro
Officio suo et gratia nostra. Datam in Dobis
ultima Maii Anno 1547.

